Incunabula
Theologia

brosz. 4

Hain Repert. bibliogr.
N. 12,915.

Pharetra fidei catholice siue ydonea disputatio in ter Christianos et Iudeos in qua per- pulchra tanguntur media et rationes quibus quiuis cristifidelis tam ex pro- phetis suis proprijs q̄ ex nostris eoꝝ erroribus faciliter poterit obuiare.

AD iudeorũ confutationē

Oĩs xp̄ifidelis tollat pharetrã hãc ⁊ arcũ ad vul-
nerãdas vulpeculas Accipiat em̄ quisq3 xp̄ian⁹
gladiũ sp̄ũſſancti in testimoniũ3 Accipiat sil'iter
cristian⁹ ꝓ́prios ꝓphetas eoꝝ. cum quib⁹ potest
vincere goliad. id est populũ iudaicũ Nam non possum⁹ ipsos
viles et reprobos iudeos meli⁹ deuincere nisi ꝓprijs armis eoꝝ
Debet ergo quisq3 cristianus volens pugnare pro fide contra
iudeos notare tres cautelas Primo debet addiscere eoꝝ errores
reprobare. Scdo que videntur esse contra cristianos nõ d3 tan-
gere. nisi iudeus aliquid cõtra eũ obijceret. et postq̄ hoc fecerit
tunc quisq3 soluat inquantũ potest. et iste tractatus soluere doc3
Tercia cautela est. vt qñ plures iudei sunt ꝯgregati tũc christia-
nus ipsis silentium imponere debet. excepto vno respõdente. et
interim nullũ aliũ aduertere deb3 nisi illo superato Accedat al-
ter iterũ alijs tacentib⁹ Nã pluribus iudeis loquẽtib⁹ faciliter
eoꝝ fallacijs confusionẽ christiano inducerẽt Cum ergo diuersa
est opinio inter iudeos et christianos Judeis em̄ videt̃ christia-
nos errare. christianis vero opposito mõ videt̃ iudeos errare
quod etiã veritati cõsonat Ipsi em̄ iudei verissime errant et illd
quod sciũt scire nolũt. ergo in hoc opere posite sũt due ꝑsone ꝓ
veritate dimicantes tanq̄ pugiles Vna ꝑsona est loco iudei qui
grosso mõ in argumentis ꝓcedit. et false negat veritatem cõtra
christianos Alia persona est loco christiani. qui modo subtiliori
procedit per dicta prophetica et sanctoꝝ patrum

IUdeus dicit Vos cristiani credẽtes temere dicitis deũ
esse trinũ. Ego aũt vnũ scio. trinũ vero nescio Vn⁹ ē em̄
qui est creator oĩm visibiliũ et inuisibiliũ rerũ. potẽs sup omnia
regnans super omnes deos. vos aũt plures esse dicitis Dicitis
em̄ patrẽ deũ. filiũ deũ. et spiritũsanctũ deũ. Et dicit' contra sym-
bolũ vestrũ vbi dicitis Credo in vnũ deũ. et sic ymmo est q̄ vn⁹
ē deus et nõ plures dij Plures em̄ deos esse friuolum est dicere.
stultum scelus est cogitare.

¶ Ad hec xp̄ianus respondet Vere q̄uis temerariũ sit et maxie
hereticũ est inter non doctos de illo disputare. Tamen ne omino
videar ignarus tue cecitati respõdebo prout melius potero Nã
fides instituta est ꝓpter saluare et ꝓpter salutẽ humani generis
Et etiã hoc maxĩe qd̄ nobis videt̃ impossibile. om̄e illd deo ē pos
sibile. nã apud deũ nõ erat impossibile om̄e vbũ Nos aũt christi
ani illi sumus quos deus p̄elegit ante mũdi cõstitutionẽ. et inde

est ꝙ nos credimꝰ deū trinū et vnū Tres sūt ꝑsone sed tantū vnꝰ
est deus Istud aūt vobis malignis videtͬ impossibile qꝛ fides nō
saluat vos. sed infidelitas damnat vos Nostrum enim dictum
scimus per multa exempla naturalia. nā sepe tres substantie siue
res plures mutantur in vnam rem. quia ex aqua farina et sale fit
vnus panis. sic possibile est patrē filiū et spiritūsanctū esse vnuꝫ
deum in essentia et trinum in personis. ita tamen ꝙ vnus est verꝰ
deus et nō tres diȷ̄ Qualiter tamen istud tenendū sit et quomodo
de illo dicēdū sit sola fides catholica sufficit. sine qua impossibile
est placere deo.
¶ Judeꝰ respōdet Si tres sūt ꝑsone et tres sūt plures in nūero
ergo plures sūt diȷ̄. ¶ Ad hec respondet christianus Numerus
numeratus est vnū in collectione vnitatis. sicut vnus populus
dicitͬ vnū in collectione Sic pater filius et spūssanctus est vnus
deus in simplicissima essentia existens Attamē respectiue pater
dicitur ꝓpter filiū et filiꝰ ꝓpter patrē Spiritussanctus aūt pro-
cedens ab vtroqꝫ operando virtutes septiformes diuidens sin-
gulis prout vult virtute patris et filiȷ̄.
¶ Judeꝰ dicit Que plura videntͬ vtiqꝫ plura dicuntͬ. vt si vidēꝰ
plures ibi stantes de hoc non est dubiū quin ibi sunt plures. Ad
hec christianus respōdet. Tu tyranne quō audes dominū deum
ꝯpare ad res exteriores. dictum tuū nullius veritatis est. Nam
quedā videntͬ plura et sunt plura. quedā aūt videntͬ et non sunt
Que videntͬ sunt illa que patent oculis sicut videmꝰ solem lunā
et stellas. quantitatē aūt eoꝝ non possumꝰ diffinire. quia dicunt
astronomi ꝙ q̄libet stella fixa sit maior tota terra. Itē quedā vi-
dentur et non sunt. sicut pisum ꝙ voluitur in manu hominis. ap-
paret esse duo pisa. cum tamen in rei veritate sit tantū vnū. Tu
maledicte quomodo audes ꝯparare celestia terrenis. ergo tu ad-
hibe confidentiam et remoue diffidentiam.
¶ Judeus dicit. Tu inutiliter fabularis. admisso isto tūc quero
a te quomodo illi tres ꝑsone sint vniꝰ volūtatis ¶ Ad hec chri-
stianus. o modice sapientie q̄ falsse discurris. nūquid tu cū fratri-
bꝰ tuis et tuis cū iudeis es diuersaꝝ essētiaꝝ ⁊ diuersaꝝ ꝑsonaꝝ
attamē es cū oībus his vniꝰ volūtatis. Quō tūc p̄sumis argue-
re de trinitate vbi est vnica essentia. et cū hoc simplicissima sicut
hic te docet paganoꝝ philozophꝰ Arestoteles princeps phorū.
¶ Judeus dicit Hoc simpliciter falsū est. qꝛ iste tres ꝑsone nō
sūt vnū in volūtate Quod sic probo. quia vos legitis in euāge-
lio. Qui peccat in patrē remittetͬ ei. qui peccat in filiū remittetͬ
ei. qui aūt peccat in spiritū sanctū nec hic nec in futuro remittetͬ
ei Si g̊ pater dimittit et filiꝰ dimittit. et spūssanctꝰ non dimittit

tūc ymmo videt ꝙ ille tres ꝑsone nō sint vni⁹ voluntatis.

¶ Ad hec xpian⁹. considera et distingue peccatū. et habes falsū tuū argumentū solutū Nam aliud est peccare in patrē. aliud in filiū. aliud in spiritū sanctū Hoc est tantū dicere ꝙ qui peccat in patrē peccat contra potentiā diuinā. et peccare est humanum Qui aūt peccat contra filiū ignoranter vel stulte peccat. quia filius est sapientia dei. quis ergo potest equiparari sapiētie dei. Sꝫ in spiritū sanctū peccare est contra bonitatē dei peccare. quia sua immensa bonitas sustinuit et sustinet aduersitates hereticoꝝ. et multa mala prauorum hominum.

Iudeus dicit. Vos dicitis cōtra rempublicam. qꝛ dicitis ꝙ vestra dn̄a. Maria cōcepit virgo. mō sic est in natura ꝙ impossibile est aliquā virginē cōcipere. nam nos bene vidē⁹ ꝙ arbores nō ꝓducūt fructū nisi ex aqua habent hūiditatē. ergo virgo nō potest concipere sine virili semine. ¶ Ad hec cristian⁹ tu perfide et cece dic mihi quō arida virga Aaron contra naturā florebat et produxit fructū. quod impossibilius erat ꝙ̄ virginē concipere. ¶ Iudeus dicit. Hec fuit voluntas dei qui etiam ꝙ̄ plurima signa iudeis ostendit. qꝛ eos valde dilexit. Ad hec xpianus. tu ꝑfide si hoc concedis ꝙ natura se mutauit in arido. nōne possibilius erat in viridi. Nunquid sentis ꝙ creator nature oēꝫ naturā transcendit. ¶ Iudeus dicit. Dicas quid velis. quomō hoc credis quod est impossibile et incredibile. Ad hec cristian⁹ tu maligne. quare tunc legis ꝓphetas qui deo sufficientes sunt. Et si tuis ꝓphetis non vis credere. credas saltē balaam ꝓphete gentili q̄ dicit Orietur stella ex iacob ꝛc̄. Vide q̄d dicit Esaias Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū et vocabit nomē ei⁹ emanuel Attende ꝓpheciā pensa verba et non misteriū. Propheta enim dicit (ecce) ꝓpter duo Primo ꝓpter rarum. scdō ꝓpter mirabile Rarum qꝛ nunꝙ̄ ampli⁹ eueniet nec ante factū est. nec prius simile visum est nec posterius simile videbitur. Mirabile quia nunꝙ̄ fuit auditum ante vel post Etiā ꝓpheta dixit (virgo concipiet) ad differētiam corrupte. cuius conceptus nō est rarus Etiam propheta signū fidei apposuit cū dixit (et pariet filiū) illuꝫ scꝫ qui natus est nobis Et ꝓpheta illū filiū p̄dixit esse diuinū cū addidit Et vocabit nomē ei⁹ emanuel qd̄ interp̄tat nobiscū de⁹ ¶ Iudeus dicit. Glosa nostra dicit Ecce virgo id ē iuuenis dn̄a concipiet et illud est bene possibile. Ad hec christianus. Ach tu vilis tyranne aduerte Hieremiam dicenteꝫ. Hic est deus noster et non estimabitur alius absqꝫ illo qui inuenit omnē viā scientie et dedit iacob puero suo et israhel dilecto suo. post hec visus est

super terrã et cũ hoïb⁹ cõuersatus. Itẽ lege Danielẽ q̃ dicit. Cũ venerit sanctus sanctoꝝ cessabit vnctio vestra. ¶ Judeus Salamon dicit qđ semel factũ ẽ adhuc semel põt fieri. Si ergo illud semel accidit ꝙ v̈go ꝯcepit et pepit adhuc semel accidẽ põt Ad hec cristian⁹. dictũ salomonis nihil est ad ꝓpositũ. Nã salomon voluit dicere ꝙ illud quod generali cursu et cõmuni semel actũ est amplius fieri potest. Duo eñ ibi sũt contraria in hoc argumento. Vnũ est ꝙ illa virgo est singularis cui nunꝙ̃ aliqua fuerat equalis in sanctitate. in castitate. in hũilitate. et in omni virtute. et ergo deus eã preelegit vt esset ei mater intacta. mater immaculata. mater dilectissima et mater humilima. que p rubuꝫ ignitũ estprefigurata. qui tamẽ incõbust⁹ ꝑmansit. Ipsa eñ est porta illa quã vidit Ezechiel clausam. et vidit angelũ intranteꝫ et exeuntẽ. portã tamẽ semper vidit clausam. et vir nõ ingrediebatur per illã. Est etiã hec gloriola domina per vellus Gedeonis prefigurata Ipsa etiã est fons signatus. de quo oẽs peccatores bibentes recreantur Ipsa etiam est ortus conclusus qui soli deo competebat Ecce tu tyranne hec oĩa sunt Marie testimonia veritatis. Aliud etiam repugnat argumento tuo. tu eñ arguis de potentia naturali. nunquid vales credere ꝙ ille qui naturam condidit eã transcendere potuit dum sibi placuit Etiã bene vides naturã similia ageteꝫ. Nã radij solares penetrant vitrũ non tamen vitrũ leditur.

Judeus dicit. Jam multa tractauimus adinuicẽ de diuersis adhuc est vnũ impossibile apud nos qđ etiã abhomibile est dicere. scꝫ ꝙ deus incarnatus est aut homo factus quod ideꝫ sonat. Sed ꝙ hoc non potest esse. ꝓbat̃. nã magna est distantia inter deũ et hominẽ. quia de⁹ est creator. et homo est creatura deus est eternus hõ auteꝫ temporalis. deus est mundus hõ autẽ immundus. deus expers omnis peccati homo vero naturaliter peccator est. Cum ergo hee actiones differant inter se cõsequẽs est ꝙ omnes illi peccant qui dicunt esse deum incarnatum.

¶ Ad hec cristianus respõdet Quidã philozophus dicit Oportet transferentes habere aliquã similitudinẽ. Scis quia in ꝑmo libro Moysi dicitur. Creauit deus hominem ad hymaginem et similitudinem suam.

¶ Judens dicit. Verũ est. quid ergo Christianus respõdet ergo homo est dignissima creaturarum. Attamen veruꝫ est ꝙ magna est distantia inter deum et hominem conceptum a virili semine. Sed humanitas domini nostri hiesu cristi nõ est ex virili semine sed de spiritusancto conceptus est. ꝛ hoc soli deo competebat Et

nisi christi facies siue humanitas eius fuisset interris nequaquaꝫ salui facti fuissemus. Unde ꝓpheta Ostende nobis dñe faciem tuam et salui erimus. Ergo deus homo fact⁹ ē vt per eū saluus fieret omnis homo.

¶ Judeus dicit Nonne Jacob ꝓpheta et patriarcha vidit dñm facie ad faciem. Ad hec christianus O neq̄ pessime non est verꝫ quod dicis. nunq̄ enim homo vidit deum in sua diuinitate. quia ipsa deitas multo clarior est ꝙ sole. Et videmus ꝙ nullus purus homo potest inspicere solem ꝑ sua nimia claritate. Attende ergo tyranne quod dicis. quia sol est creatura dei. et nō potest ab aliquo inspici. q̄uō ḡ dicis creatorē posse videri in sua diuinitate.

¶ Judeus dicit Dicas quid dicas Jacob ymmo vidit deū facie ad faciem. Ad hec christianus. tu tyranne Jacob vidit angeluꝫ putans ipse esse dominum pre nimio splendore.

¶ Judeus dicit. Nonne moyses vidit deum dūmodo tradidit sibi legem in monte synai. Ad hec cristianus. O tu pater inconsulte. quare audes hoc dicere quod est contra summā veritateꝫ Nonne tu legis ꝙ dñs respexit moysen et moyses abscondit se. ita ꝙ non potuit inspicere in facieꝫ eius. Ut ergo homo saluus fieret assumpsit humanā naturaꝫ de purissimo sanguine virginis marie ¶ Judeus respōdet. Uultis ergo dicere ꝙ hiesus vester sit deus deorꝫ. Ad hec christianus. ymmo hoc dicere nō erubescimus nam dominus deus summe humiliatus est propter hoīeꝫ quia Paulus doctor egregius de eo loquēs dicit. Exinaniuit seipsum formam serui accipiens factus est homo.

¶ Judeus dicit. Et hiesum multi homines viderunt. Et viderunt deum. Ad hec christianus O falsidice quomodo audes sub tua pelle lupina huiusmodi dicere Nam verꝫ dicis in hoc. deuꝫ enim multi viderunt sub humana specie.

¶ Judeus respondet. Hiesus nō est deus ergo ꝛc̄ Probat quia hiesus dicitur quasi a terra assumptus. sed huiusmodi nō est de⁹

¶ Ad hec christianus. Tu perfide nonne legisti. deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terre Erat em̄ in medio terre dupliciter. scꝫ in vtero virginis Marie et in loco caluarie In vtero virginis in quo conceptus fuit de spiritusctō In loco caluarie in quo pependit in cruce pro salute humani generis vt omnes homines saluos faceret

¶ Judeus respondet. Tunc vester hiesus fuit deus et homo Si deus. quomodo vltra humanum posse sustinere potuit contagia humana.

¶ Ad hec christianus, quia hiesus christus diuinitus ortus est

⁊ nat⁹ est de virgine maria. ⁊ sua humanitas deitate mixta nunq̄ peccauit. Attamen oīno humane vixit. nam interdum vt homo commedit. comedere autem ad hominem pertinet.

¶ Judeus respondet. Ego perlegi multos libros sed nunquaꝫ legi de deo q̄ possit incarnari. ¶ Ad hec christianus Tu tyrāne quid deberes scire de diuinitate. nam humanitatem eius nunquā cognouisti. sed eius humanitateꝫ diffiniunt prophete Nā dicit Ezaias In altitudine celi vidi sedere vnum virum quem adorat multitudo angelorum. Dic mihi vbi est vnquā visus vir q̄ meruit sedere in excelso throno vt eius sanctitatē adorarent oēs angeli. Et expedias me de dispositione viri. habet ne os. man⁹ pedes. aures habet ne deus dispositionem viri. Habet hec oīa membra vt ostendaꝫ tibi Primo per Moysen. Manus tue dn̄e inquit fecerunt me Et iterum. Os enim domini locutum est dicens Oculi domini super iustos et aures eius in preces eorum. O tu maledicte da mihi alium virum sic in throno sedenteꝫ p̄ter hiesum christum quē adorat multitudo angeloꝝ Et sic tu tyrāne considera deum esse incarnatum.

¶ Judeus dicit. Si pater est de⁹. et fili⁹ est deus. et spiritussanctus est deus. tunc omnes persone sūt incarnati. ¶ Ad hec cristianus. nonne tu maledicte ad solum filium spectat incarnari. naꝫ quamuis ratio et anima sint idem. tamen ad rationem pertinet vita. et ad animam pertinet sapientia. Sic dico de patre et filio et spiritusancto. licet sit vnus deus. tamen ad filium pertinet incarnari.

¶ Judeus respdōet Pater ⁊ spiritussanctus quare nō poterant incarnari sicut filius incarnatus est. ¶ Ad hec christianus dicit Pater est potentia diuina. cuius potentia est inseparabilis. et spiritussanctus est irreprehensibilis. Solus igitur filius qui sapiētia dei dicit̄ sapiēter oīa fecit. et si sapienter omnia fecit. tunc etiā redemptio nostra sapienter per euꝫ facta ē.

¶ Judeus dicit. Quare angelus non fuit incarnatus et pro redemptione mundi missus. Ad hec christianus. vt homo solum creatorem diligeret. ipsi grates redderet. et eum adoraret.

¶ Judeus dicit. Quare non seruatis circumcisionem. cum de⁹ tamen instituerat ipsam pro originali peccato. nā Abrahā circū cisus fuit. credidit et reputatū est ei ad iusticiā. et multi circumcisi saluati sunt. Cum igitur vultis imitari mandata dei pocius deberetis circumcidi q̄ baptisari.

¶ Ad hec cristian⁹. Jllud quod efficacius probatur hoc teneri debet. vn̄ Nouus rex noua lex.

Nam bene volo q̄ circūcisio saluauit quosdaȝ. sed illa saluatio magis fuit ex gratia baptismi cōsequentis q̄ ex circūcisione. qꝛ circūcisi homines ceciderunt ad claustra inferni. et per fidē quaȝ habuerunt ad gratiā cōsequentis baptismi saluati sunt qꝛ gratia baptismi magis saluauit eos.

❡ Judeus dicit. Sed hoc est falsū. ꝓbat̄ quia circūcisio magis saluauit eos. nā maior est salus de diuina institutione q̄ hūana ȝ deus instituit circūcisionē. vester aūt hiesus quē vos dicitis deū et hominē post circūcisionē instituit baptisma. ❡ Ad hec xpian⁹ Cum nouus homo venit in mundū a deo filijs suis caris nouū vtile et graciosū ꝓtulit donū et filijs nō tam dilectis simul et ꝑuersis instituit asperū donum. lenius enim reputauit baptisma quam circumcisionem. Judeus dicit. Nam scriptum est. Cum prepucij caro non circumcisa fuerit peribit anima illius a poplo dei. ergo anime incircūcisoꝝ debent perire. ❡ Ad hec cristianus Duplex est circūcisio. scȝ carnalis et spiritualis. Modo nō cōtradico quin qui punit carnem pure propter deū bonum est dūmodo in illo gloriā nō querit. sicut vos facitis vt scriptū est. Et volunt vos circumcidi in carne vt de carne vestra glorientur. et ergo nos seruamus spiritualem circūcisionē. que est ieiunare elemosinam dare. ecclesiā frequentare. corpus castigare. hec enim est spiritualis circumcisio.

❡ Judeus dicit. Ex quo est duplex circūcisio. que illarum habet maiorē efficatiā ad salutē. ❡ Ad hec xpian⁹. baptismus hȝ maiorem efficaciā in sanctificatione. quia est vnū electoꝝ in saluatiōe qꝛ si hō statim post baptismū moriat̄ ab oī pena purgatorij eripit̄ qd̄ circūcisio nō fecit in ꝯmunitate. quia femelle tam bene baptisantur sicut masculi. femelle autem non circumciduntur.

❡ Judeus dicit. Si circūcisio nō est tante efficatie sicut baptismus. quare tūc vester hiesus circūcisus fuit. ❡ Ad hec christianus. vt legem quam per tempus instituit adimpleret vt populū suum a tali pena sua circumcisione solueret. et vt nullus euȝ ex legem diceret. quod tamen iudei sepe faciunt.

❡ Judeus dicit. quare in die octauo nō fuit baptisat⁹ vt pueri solent circumcidi. ❡ Ad hec xpianus. quia baptimus vtilior est circūcisione ipsis hoīb⁹ ideo in tpe maioris etatis instituit ipsuȝ

❡ Judeus dicit. quare tunc vestra maria nō fuit baptisata. Ad hec christianus. si fuit vl̄ nō nos non legim⁹. sed per fidem quā ad baptismū habuit baptisata fuit et sanctificata in vtero.

❡ Judeus dicit. Et quomō de alijs qui baptisati non erant sicut quidam martires. quidam iudei. et quidam pagani.

Ad hec cristianus triplex est baptism⁹. scz fluminis flaminis et sanguinis In baptismo fluminis saluātur pueri ab origenali peccato In baptismo flaminis peccatores qñ agunt penitentiā In baptismo sanguinis saluant martires. ⁊ neuter eoꝝ debz esse sine fide ergo dicit Credidit Abrahā et reputatū est ei ad iusticiam.

Iudeus dicit Vos dicitis xp̄m pro vobis passum. nos aūt ꝙ xp̄us viuet ineternū. videt ergo ꝙ erratis ❡ Ad hec cristianus. nos dicim⁹ xp̄m esse passū non ꝫm deitatē ꝫ scd̄m carnē quam dedit passibilem pro peccatis populi sui. vt credentes in eum viuerent ineternum.

❡ Iudeus dicit Nescio de hiesu. sed Escean vt popoluz suum saluaret et viuificaret fecit se necare ❡ Ad hec cristianus respōdet vbi est ille Escean Rn̄det iudeus. diu mortuus est. Ad hec cristianus Et si mortuus est quomō potuit alios saluare Tu tyranne truse sunt dicta tua hiesus christus viuit ineternum

❡ Iudeus dicit. Et quare debuit mori pro populo cuz solo v̄bo potuisset bene restaurasse ❡ Ad hec xp̄ian⁹ respondit Duplex ē causa. scz ꝓpinqua et remota Causa ꝓpinqua fuit homo qui libero arbitrio volebat abuti. et totū humanū gen⁹ perijt Causa remota fuit deus. qui deceptorē creauit. nō ꝙ esset deceptor humani generis. sed si creatus nō fuisset hominē non decepisset Si ergo deus dyabolo vim intulisset tunc ei iniuriam fecisset. Deus enim semper iustus est. et per eandem formam hominē redemit sicut in peccatum cecidit.

❡ Iudeus dicit qñ contigit hoc Ad hec cristian⁹. in sexta feria que dicitur parasceue. quia in illo die creat⁹ homo fuit. et in illo die sicut creatus fuit hō. sic etiā perditus. ergo cōueniēs fuit vt illo die hō etiā redimeret Vnd ꝓpheta Frater nō redimet fratrē et homo nō redimet hominē. et hoc loquēdo de puro homie. sed homo mixtus deitate redemit hoīez vt esset sue creature fidelior et vt esset in ope discretior. et in redēptione humani generis potentior Nā nunq̄ꝫ hō inuent⁹ est in mūdo qui pro genere hūano sponte vellet mori Hic aūt hiesus saluator spōtanee mortuus ē sicut propheta de illo loquitur Tanq̄ꝫ ouis ad occidendū duct⁹ est Et alibi Coram tondente non aperit os suum.

❡ Iudeus respōdet Vere mirū ꝙ creator debebat mori ꝓ creatura. dic ergo mihi meli⁹ qūo hoc fieri potuit. ymmo videt mihi impossibile ❡ Ad hec cristianus O cece cecoꝝ aures habes et non audis quid a me inquiris. si veritatē dixero tibi non credis mibi. nō quere quicq̄ꝫ a me ꝫ plege ꝓphetas q̄ veritatē tibi ostēdunt. et presertim perlege Esayam qui dicit Oportebat pati cri

stum Et alibi vbi propheta lamentabiliter conqueritur Vere lang
uores nostros ipse tulit vt a nobis omnem languorem auferret.
et nobis vitam sempiternam tribueret.
¶ Iudeus dicit quare tunc nõ moriebatur honesta morte. sed fecit
se suspendere in cruce ¶. Ad hec cristianus Illa vera sapientia
patris omnnia cum summa sapientia ordinare voluit. vt sicut per
lignum homo dampnatus est. ita etiam necessarium fuit vt per
lignum homo ab eterna morte liberaretur. et vt illa figura moysi
perpetrata adimpleretur qui serpentem eneum in deserto erexit
vt omnes qui morsibus serpentum intoxicati fuerint curarentur.
¶ Iudeus dicit erat tunc etiam suspensus vt alius malefactor
Cristianus respondet. non. Qui iudeus. qũo tũc Cristian⁹ dicit
in alta arbore crucis. non vt alter latro aut fur. sed brachijs ex-
tensis. nam fideles in purgatorio degentes clamabant alta voce
Veni et libera nos brachio extenso. Sic hiesus suspensus fuit
extendens brachia sua vt totũ genus hũanũ ad brachia sue mise
ricordie susciperet Habuit etiam caput sursum vulneratum ad
patrẽ pro nobis vt pater celestis non esset immemor nostri Ha-
buit etiã manus perforatas vt esset largius in donando veniam
et vt nihil teneret aduersus peccatorẽ ad se conuertentem Simi
liter et pedes fecit perforari vt semper de celo respiceret nos. et
vt adimpleretur hoc dictũ propheticũ. Foderũt manus meas et
pedes meos etc. Item cor suuz perforatũ fuit vt nos viuificaret
et semper memor nostri esset. Tu vilis iudee et bestia infidelis
nunquid inuenis in prophetis omnia illa que in christo sũt imple-
ta. quomodo Dauid propheta predixit de cruce christi Regna-
bit a ligno de⁹. et per lignũ illud crucis claustra inferni destructa
sunt captiui redempti sunt. et omnibus fidelibus per illud regnũ
eternum donatum est.
¶ Iudeus dicit Vos ita fortiter vultis quod hies⁹ fuit de⁹. quare
tunc pecijt auxilium a deo in cruce pendens et dicens Heli heli
lama ezebtani. hoc est deus meus deus meus vt quid dereliquisti
me Etiam dicitis de eo quod in monte oliueti adorauit patrem cuz
dixit Mi pater si possibile est transeat a me calix iste ¶. Ad hec
cristianus Tu tyranne in hoc ostendit nobis suã verã hũanitatẽ
Nam hũanitas loquebatur ad deitatẽ. et hũanitas passa fuit. dei-
tas enĩ pati non potuit Sz tamẽ deitas fuit cum eo et nũquã de-
reliquit eũ. vñ psalmista Cum ipso sum. in tribulatione eripiam
eum et glorificabo eũ. et dedit illi nomẽ qd est sup omẽ nomen.
¶ Iudens dicit. Omne illud qd viuit melius potest vincere quam
illud qd mortuũ ẽ. quomõ ergo hies⁹ mortuus vicit mortẽ. soluz

enim vinor est vincere ¶ Ad hec cristianus. saluator noster ihe sus christus fecit simili mō sicut fecit pellican⁹ qui aperit rostro suo cor suū vt pullos suos reficiat. et ꝓpter dilectionē pullorum suor moritꝛ Ecce tu tyranne auis ista testimoniū dat xp̄o Tu aūt puerse si posses om̄e testimoniū oīm creaturarū interrumperes Nunquid legisti Esaiam dicentē O mors ero mors tua morsus tuus ero inferne Et sic liquet manifeste ꝙ per mortē xp̄i data est nobis vita sempiterna Nā dn̄s deus existens leo fortis de tribu iuda vicit mortē nostrā moriēdo. et tercia die a morte resurgēdo ¶ Iude⁹ dicit. Si ihes⁹ fuit hō quomō mortē supare potuit. Ad hec cristian⁹. in quinto libro moysi scriptū ē de panthera effraim et de leone iuda Quid per hoc designatū est nisi gloriosa resurrec tio xp̄i. que per hoc prefigurata est Natura eīn panthere est ta lis. ꝙ post lassitudinē dormit tribus diebus et tribus noctibus. Sic simili mō saluator fecit. quia dormiuit per triduū et tercia die resurrexit. sicut ꝓpheta testatꝛ dicēs Exurge dn̄e quare obdor mis et quare non repellis in finem Etiā panthera hꝫ talē naturā ꝙ postq̄ꝫ tres dies dormiuit suauissimū emittit odorē ita ꝙ ꝓpt talem odorem suauem omnia animalia illic concurrunt. vt capi ant aliquid de dulcedine oris sui. Sic dominus de⁹ postq̄ resur rexit suauissimū odorē de se emisit. ita ꝙ ex tali odore totus mūd⁹ confortatus est. Sicut attestatur psalmista dicēs. Dulcis et rec tus domin⁹. ¶ Iudeus dicit. Omnia que ꝓpheta dixit et omnia que prophetisata sunt. de aduentu messie dicta sunt Sed messias adhuc non venit. et si venisset vtiq̄ꝫ nos congregasset in ciuitatē hierusalem. vt scriptum est Edificans hierusalē dn̄s dispersiōes israhel congregabit. Ad hec christian⁹. quecunq̄ꝫ obijcis de mes sia hoc dictum est de christo quia christus est verus messias.

¶ Iudeus dicit. ymmo messias mittetꝛ in mundū vt congreget in hierusalem. et hoc non fecit christus. et ergo messias non est christus. nec adhuc venit. ¶ Ad hec cristianus. ymmo idē sūt messias et cristus q̄uis facta eius non cognoscitis. Iam enim dixisti Edificans hierusalē dn̄s. Si vis perfecte cōsiderare hec om̄ia facta et acta. tunc propheta de terrestri hierusalem non est locutus. quia illa ciuitas hierusalem plena existens populo deso lata est. sicut scriptum est per prophetam dicentem. Fiat habita tio eor deserta. nam super illam hierusalē propheta Hieremias lamentabatur propter iniquitatem in ea existentem Sꝫ sine du bio propheta est locutus de superna ciuitate hierusalem. de qua dicit Hieremias Super muros tuos hierusalem cōstitui custo des. Ibi dn̄s ihes⁹ xp̄us ꝯgregabit omnem dispersionē israhel. ¶ Iudeus dicit. ꝙ multū dicis messiā esse natū nō tamen credo

quia si messias aduenisset tūc signa messie facta fuissent. de quibꝰ
dicit. Esayas Cum messias venerit tunc erit adeo bona pax ꝙ
leo ludet cū puero. et lupus cōuersabiť cū agno et gladij vertūť
in vomeres. et lancee in falces. Sed tanta pax nondū in terris
venit ego ꝛc̄ ¶ Ad hec xp̄ianus. Si intelligis mistice illud qđ
loqueris tunc omnia patent tibi iam esse facta. nam ꝭm dictum
apostoli littera occidit. sp̄us aūt viuificat Modo si tu credis cri
stum vel messiam venisse hec signa facta fuisse probo. qꝛ sicut iā
dixi. littera occidit. spiritus aūt viuificat ergo illud qđ dixisti
aliū habet intellectū Nam per leonē intelligiť verus messias q̄
iocundatur cū puero. id est cū hūili hoīe et non cū superbo. quia
hūiles sp̄ diligunt deū et econuerso Et lupus cōuersať cuꝫ agno
Attende hoc dictū ꝓpheticū Nonne tu tyranne verꝰ agnus dei
scꝫ xp̄us hiesus verus dei filiꝰ qui tanq̄ agnus innocens occisus
fuit cū horribilissimis lupis. id est cū vobis iudeis cōuersatꝰ est
Nam vt patribus tuis visum est tūc lupi scꝫ iudei cū agno cō-
uersati sūt. ita ꝙ de hoc dyabolꝰ āmirabať. et nunq̄ potuit nos-
cere christū esse filiū dei. nisi qñ stetit ante presideꝫ in summa mā-
suetudine. Lupi eñ christū leserūt a planta pedis vsqꝫ ad verti-
cem capitis. et ille verus agnus coram illis hoc pati voluit.
¶ Judeus dicit. Nos legimus ꝙ cū messias venerit ꝙ tūc ve-
niet cum cornu et suscitabit mortuos ad iuditiū. et tūc ve vobis
Ad hec xp̄ianus. Tecū sit ve ineternū. nos noscimus messiā ve-
nire et venisse. Venit eñ in triplici tempore. Primo simpliciter
venit ex matre sine patre. Scđo venit viuificans nos cū gratia
sp̄ussācti. et sic venit oī die in corda hoīm vere ꝯfitentiū Tercio
venit iudicare seculū ꝑ ignē. In primo aduentu suo nos viā ve-
ritatis docuit. et nos ab eterna morte redemit. In scđo aduentu
corda omniū viuentiū et credentiū illuminat. In tercio aduētu
venit iudicare bonos ad eternā vitam. malos aūt ad eternā dā-
nationem. Sed ꝙ verus messias venit et non adhuc veniet hoc
ostendā tibi per multos ꝓphetas Daniel eñ dicit. Nō cessabit
vnctio iudeoꝝ donec venerit sanctus sanctoꝝ. nunquid vnctio
vestra diu cessauit. Aduerte Jacob ꝓphetā et patriarchā dicētē
Non auferetur sceptrū de iuda nec dux de femore eius donec ve-
niet qui mittendus est. nunc capti estis in vniuerso mundo et
sceptrū regale a vobis ablatū est. nam vosipsi maledictionē sup
vos dedistis. quia cū pilatus dixerit ad vos. Regem vestrum
crucifigam. vos dixistis regem non habemus nisi cesareꝫ Et sic
ymmo manifeste patꝫ ꝙ ille sanctus sanctoꝝ venit et nos oēs
viuificauit. Ipse enim quottidie erat apud vos docens in tem-

plo. Vos aũt eum non tenuistis Et sic manifeste patet per ꝓphetas ꝙ sanctus sanctoꝝ actu venit.
¶ Judeus dicit. quare tũc adoratis ymagines qđ est cõtra preceptũ dei. Ad hec cristianus. quis putas tam stult⁹ sit qui adoret hymagines vel ligna vel lapides vł aliquã picturã. sed hymagines tantũ informãt nos sanctos inuocare. et sũt exempla vt illi qui scripturas legere non possunt in hymaginibus legant
¶ Judeus dicit. Et quare tũc habetis hymagines et facitis sculptilia. cũ tamen scriptũ est. Nõ faciatis deos aureos ¶ Ad hec cristianus. hoc vos facitis et vsurarij qui habent auruз et argẽtum in quo confidunt omnes auari. nã scriptũ est. Simulacbra gentium argentum et aurum.
¶ Judeus dicit. Nescio quid vos adoratis. ymmo dñs de⁹ pl⁹ nos diligit ꝙ̃ vos. nam exibitio operis est probatio dilectionis ymmo dñs deus traduxit nos siccis pedibus ꝑ mare rubrũ infirma securitate. pauit nos in deserto quadraginta annis. inimicos nostros cõfregit. et patres nostri comederũt manna. scз panem angeloꝝ. ¶ Ad hec xp̄ianus. et quomõ deus vobis mõ est inimicus. quare nunc non comedetis manna
¶ Judeus dicit. Deus non est inimicus noster. sed ipse corrigit nos. sicut paruuli corriguntur virga . Ad hec christian⁹. bene scio ꝙ scriptũ est in euangelio. Amen dico vobis non preteribit generatio donec oĩa fiant. Et ꝓpterea deus sustinuit vos hic in istis terris. ymmo alioquin nõ estis digni ꝙ terram calcatis. nã in scđo libro Moysi đr. Pactũ meũ irritũ fecerũt. ⁊ iccirco iudei sunt inimici dei. et tu perfide dicis de manna et de magno bono quod vobis dñs deus contulit Verecũdamini ineternũ ꝙ tantã dignitatem propter vestrã incredulitatẽ perdidistis. sicut scriptum est. Quia non crediderũt in mirabilibus eius. et ergo moramini in terra aliena inter inimicos. Et ꝙ deus est vobis inimicus hoc dicit ꝓpheta Baruch. Quid est israhel ꝙ in terra inimicorũ es , et reputatus est cum his qui in inferno sunt. Notum est enim ꝙ amici dei ibi non sunt.
¶ Judeus dicit. Nonne legisti facta est iudea sanctificatio ei⁹ ecce si iudea est sanctificatio dei. tũc certe iudeis est maxima dignitas a deo. ¶ Ad hec cristianus. ꝙ̃ bñ applicat silitudinẽ suam Qualis est similitudo inter iudeũ et iudeam. quondaз eñ habuistis gloriã. qꝛ fuistis dicti ebrei et israhel. nunc aũt nuncupamini iudei quasi iudices filij dei. quia iudicastis filiũ dei ad morteз Judea autem dicitur cura domini vel confitens siue agnoscens dñm. et in illa agnitione ẽ sanctificatio dei. honor sanct⁊. gaudiũ

et exultatio angelis. et sic ymmo cristianus est sanctificatio eius q2 nos christiani magis cognoscimus et cognouimus filium dei Deus em̄ exaltauit xp̄ianos super omnes nationes. vn̄ ꝓpheta Paraui lucernā xp̄o meo Lucerna em̄ est filius dei. cuius deitas latebat in corpe humano Quia dn̄s saluū fecit christuz suū Vos aūt iudei heretici et pagani estis in sūma confusione et maledic-tione. quia in christum non creditis. vnde propheta Induantur confusione qui loquuntur maligna super me. Etiam prophetizauit Moyses de vobis in quinto suo libro. dicēs Adhuc me viuente et ingrediente vobiscū contentiones egistis contra dn̄m. quanto magis dūmodo mortuus fuero Nunquid facitis opera patrum vestrorum.

¶ Judeus dicit. Et quare oīs nobilitas a nobis creata est quia nos sumus illi a quibus nobilitas ꝑsonaꝝ processit. scz reges et principes. Ad hec cristianus. quecunqʒ nobilitas in vobis erat in nos cessit. ymmo miserrimus cristianus est magis nobilis sūmo et dignissimo iudeo. quia adeo nobiles sumus ꝙ non estis digni nos tangere. nā dicit ꝓpheta. Nolite tāgere cristos meos et in prophetis meis nolite malignari.

¶ Jude⁹ dicit. Si vos intelligeret⁊ thalmud tūc sciretis quāta nobis deus promisit ꝓ tribulationibus nostris. Ad hec christianus. Miror ꝙ iudei ita stulti sūt ꝙ illū librum aduertunt in quo tanta friuola scripta sunt contra deū. ymmo habetis in textu illi⁹ libri quedaz heretica scripta. Et ammiror de vobis ꝙ adeo ceci estis ꝙ impossibilibus fidem adhibetis. et illis que veritati cōsonant fidem adhibere non vultis.

¶ Judeus dicit. Vnde habetis legē vestrā ꝑ quā putat⁊ saluari Neqʒ em̄ lex est vobis data a Moysi. neqʒ a deo vobis est commissa sed ꝑ vestrū hiesū qui fuit hō sicut et ego. Sed sicut lex ꝑ Moysen electū dei cōmissa est ita seruamus eā. et ideo ꝓculdubio saluari speramus. vos aūt ꝑ legem vestrā peribitis. quia ita non seruatis sicut deus instituit. Ad hec cristianus si seruatis legem vestrā perfecte sicut dicitis. tunc omnia dona salutaria pcipietis. quod falsum est. Nam dicit ysaias Si mandata mea seruabitis statuā principes vestros vt pri⁹. et bona terre comedetis q̄ oīa a vobis sunt ablata. Vos em̄ in captiuitate diu fuistis nec aliquē principē habuistis q̄ vos defenderet Nā propter vr̄az maliciam in vobis existentē vobis inhibitū est comedere multa genera aīaliū. scz lepores anguillas et similia q̄ plura bona aīalia. quibus nos christiani vescimur.

¶ Judeus dicit Quādocūqʒ hāc patimur a vobis scz ꝯtumelia

de hoc mercedem a messia habebimus. nam ipse dabit nobis ad vescendum aucam valde piguem. similiter et bouē magnum et piscem qui dicitur leuiathan ¶ Ad hec xp̄ianus. O tu stulte et modice sapientie vos ponitis vestrā felicitatē in aucā vnā que auariciam significat et animal aquaticū est. nā per aucā intelligunt hoīes aquatici et auari. qui magis diligunt esse in crapulis q̄ in seruitio dei. Similiter dico de boue. q2 per bouē intelligunt oēs illi carnosi qui magis figunt corda sua in terrenis desiderijs q̄ in supremis. Comedēs aūt de pisce illo qui dicit leuiathan nō comedit cū alio nisi cū dyabolo. Et si mihi nō credis require ab omnibus sapientibus mundi. et scies q͏ per leuiathan nō intelligitur aliud nisi dyobol9. et illo ymmo estis deteriores ⁊ vix digni cum eo comedere. quomodo tunc digni deberetis esse vesci illis animalibus nobilibus quibus nos vescimur.

¶ Judeus dicit. Nos vescimur omibus animalibus preter illa que ruminant. q2 illa sunt immūda ¶ Ad hec cristianus O stulte qūo audes contra saluatorē tuū ita loqui. quia dicis illa animalia esse immūda. Nonne legisti in primo libro Moysi Et vidit de9 cuncta que fecerat q͏ essent valde bona. ergo non sunt mala

Judeus dicit. Estis etiā sub lege vel ne Christianus respondet ymmo sumus sub lege dn̄i dei. ¶ Judeus dicit. et quare tunc legem non seruatis. ymmo sabbatum vestrū nō celebratis. non em̄ attenditis p̄ceptū dn̄i quo vobis p̄cepit Memento hō vt diē sabbati sanctifices ¶ Ad hec cristianus. ymmo in hoc ver dicis. sed dies dn̄ic9 p̄ oīb9 est colendus q2 est principium oīm dierū. in ea em̄ dominus dixit. Fiat lux et facta est.

¶ Judeus dicit. Quare tūc nō seruatis sabbatū. cum scitis esse seruandū. q2 dn̄s deus requieuit die septimo ab omni opere qd̄ patrarat. ¶ Ad hec cristianus De hoc quisq3 habet fidē vt in extremo iudicio pro omnibus factis suis dabit rationē: Siľiter et de illis. et in hoc tu non habes nos redarguere.

¶ Judeus dicit. Nescio que sit fides christiana. ymmo videt mihi q͏ dn̄s deus nō deberet vos sustinere in terris. q2 in opprobriū dn̄i dei comeditis panem quē dn̄m deū dicitis esse. et videt ymmo mihi si fuisset taz magn9 sicut maxim9 mons diu esset cōsumptus a vobis ¶ Ad hec xp̄ianus O tu cece q̄ friuole loqueris cōtra nobilissimū sacramentū. ymmo de9 ē maior toto mūdo q2 sua magnitudo ꝑtransit thronū ⁊ penetrat abyssum. Nā dicit psalmista Magnitudinis ei9 nō ē finis. Nec credere debes q͏ de9 comedat. q2 de9 non potest comedi. Sz est comestio spiritualis que dat vitā eternā. et nescis tu infidelis q͏ ꝑ morsum vnius

homis totū hūanū genus periͣt. ergo dn̄s deus dedit seipsū nobis miseris in esum. et quicunqȝ indigne sumūt vitam eternaȝ nō habebūt Et nō debes credere ꝙ ex hoc dn̄s deus diminuat. sed a quolibet nostrū totus accipitur et integer ver⁹ deus et hō sicut in die parasceues pro nobis pependit in cruce.

¶ Judeus dicit Non videtur quō credā hoc Ad hec xp̄ianus Nonne credis ꝙ creator nature plus potest ꝙ̄ natura. Judeus respondit. ymmo credo Christianus dicit Nonne tu hoc vides in natura ꝙ infinite candele possūt incēdi ab vna candela incēsa nō tamē lumē candele diminuitur Nonne etiaȝ possibile est ꝙ vox mea audiat a mille. ymmo ab infinitis. attamen est vna vox ab ore ꝓlata. et cuiqȝ plena vox represētata. et si hoc natura potest per quodā artificiū. nonne tūc magis possibile est ꝙ creator nature tribuat seipm̄ tanto mundo. et ꝙ tamē nō consumatur

¶ Judeus dicit. Certe tali modo videt mihi aliquid veritatis. sed ibi mihi adhuc vnū est dubiuȝ grande circa hoc qđ dicis in minima particula hostie adeo bene esse verū corp⁹ cristi sicut in tota hostia. et dicitis cū hoc ꝙ illa parua hostia sit corpus cristi adeo magnū et extensū sicut pependit in crucis patibulo ¶ Ad hec xp̄ianus. Esto fidelis et no infidelis. et sic viā naturali rōne tibi ostendā. Patet tibi etiā ad oculum ꝙ speculum est quoddaȝ artificiali. et de materia valde exili factum

¶ Judes dicit. concedo Cui xp̄ianus tūc enim apparet tibi in speculo paruo aliquādo parua domus. et ꝙ̄ plura alia que sunt ī infinitū maiora ꝙ̄ illud speculum.

¶ Judeus dicit. concedo totū. Cui christianus. nonne eciam speculū est nulli⁹ reputatiōis ī ordine ad dn̄m deū. et hoc sic ptȝ Cur tunc dn̄s deus omīpotens nō maiora posset Nome etiā apparet tibi ad experientiā. ꝙ speculū in multas partes confractū quelibet pars hȝ in se representationē vere hymaginis Nam in qualibet pte quātūcunqȝ minima integra facies hūana apparet Et si hoc est in speculo multo magis in ostia ꝯsecrata. et in qualibet ei⁹ pte totū corp⁹ cristi relucet sine omī cōfractiōe Ipe eī̄ hiesus cristus seipsū nobis tribuit. ille verus agnus dei illā figuram veteris testamēti rescindēs. qr vobis mandatū erat comedere agnū paschalē ad memoriā trāsit⁹ filioꝝ israhel p mare rubꝝ

¶ Judeus dicit. Et cū ita magn⁹ fuerat ille hies⁹ vt vos asseritis cur tūc ita turpissime mortuus est. et quid illū coegit ad illā turpissimā mortem ¶ Ad hec cristianus. illa inestimabilis charitas et dilectio quam habuit ad genus humanum eum ad compaciendum compulit; vt sua morte nos omnes viuificaret.

¶ Iudeus dicit. Vere nõ possũ sensu capere que dicitis. et etiaꝫ abhorreo audire. Ad hec xpianus. audi iudee tu sensualis azine fides dat exsuperare oẽs sensus humanos. nã quale meritũ habe reꝫ si oĩa relucerent ad sensũ. qꝛ Augustin⁹ vn⁹ doctoꝝ nostroꝝ dicit. Fides nõ habet meritũ vbi ratio naturalis prebet experimentum Sed ratione naturali iam vici te. ꝙ natura multa conformia agit. que nos ducunt in rectitudinẽ fidei. Sꝫ mihi videt̃ ꝙ sitis tante malicie ꝙ abscondita dei nõ possunt vobis reuelari cũ Salomon dicit. In maliuolã animã nõ introibit sapientia. et miruꝫ esset ꝙ aliqđ bonũ vobis reualeretur. et aliqua bona essẽt vobis cognita. et proximũ vestrũ odio habeatis. Et ymmo nõ solũ proximũ. sed etiã saluatorẽ tocius generis humani maledicitis eius quoqꝫ matrẽ piã. Nos legimus de blasphemia vestra in quarto. ꝙ ṽba polluta et nequitiosa reputatis nõ esse peccata preterꝙ̃ illa que in contẽptũ ecclesie pergere noscunt̃ Et legim⁹ ĩ eodẽ. ꝙ oĩs blasphemia sit vobis interdicta p̃terꝙ̃ blasphemia ecclesie et operũ catholicoꝝ Naꝫ ab oĩbus iudeis habet̃ in vsu ꝙ beate ṽgini maledicũt. ⁊ eucharistiã sacrificiũ pollutũ vocãt et vbi nomẽ xp̃i vel marie audiũt pessima blasphemia blasphemant Itẽ legit̃ in tercio. ꝙ statutũ est ab oĩbus sapiẽtib⁹ iudeoꝝ ꝙ ter singulis diebus in oꝛ̃one sistunt. quã efficatiorẽ aliȷ̃s oꝛ̃oni bus asserũt. et in illa oꝛ̃one oĩbus ministris ecclesie maledicunt et oẽs laborantes ꝓ fide catholica blasphemant tã reges ꝙ̃ cesares. et est ipsis institutũ ꝙ debent eã dicere stando coniunctis pedibus. ita ꝙ nullũ cõtrariũ debeat eos reuocare a tali oratiõe Etiã si serpẽs in culũ eoꝝ morderet nõ deberẽt oꝛ̃oꝫ interrũpere Et habent talẽ modũ ꝙ pontifex eoꝝ debꝫ eã dicere alta voce. ⁊ omẽs aliȷ̃ iudei sub silentio Et cũ pontifex eã finiuerit omẽs aliȷ̃ debent respõdere Amen Et hec sũt verba istius oꝛ̃onis Congregatis xp̃ianis nõ sit eis spes. et omnes repente dispergant̃. et in nũerum paruum redigant̃. cadũt ineternũ et ampli⁹ nõ resurgãt et in omĩ confusione tradant̃ Sint maledicti in omnibus opib⁹ suis. et omnes inimici eoꝝ p̃ualent aduersus eos. vt regnũ nequicie xp̃ianoꝝ eradicet̃ Sit maledict⁹ cristus. sit maledicta pessima mater eius Maria. sint confusa oĩa sacrificia eius O domie deus noster fac et cõple qđ petim⁹ in diebus nr̃is velociter qꝛ tu es de⁹ noster. Hec oꝛ̃o scripta ẽ in cesar cessaim. vt ebrayce dr.

¶ Iudeus dicit Vos multũ dicitis de xp̃o vestro. videt̃ ymmo mihi ꝙ erat neq̃ꝫ et peccatoꝛ magn⁹. et ꝙ eũ patres nostri ꝓpter peccata sua occiderũt et crucifixerũt. qꝛ in signũ sue nequicie cũ neq̃ꝫ magnis reputatus ẽ. quia in medio duoꝛũ latronum eum

suspēderunt. ¶ Ad hec xp̄ianus O tu blasphemator saluatoris tui q̄ inique loqueris. q̄uo hec loqui p̄sumis. oportet me respō dere ad vltimū. Primo nunquid legisti ꝓphetam dauid qui in ꝑ sona cristi hoc defleuit dicens. Estimat⁹ sū cū descendētib⁹ in la cum factussuz sine adiutorio inter mortuos liber Nunquid etiā legisti de eodē ꝓpheta qui dicit Odio habuerūt me grat. Nūq̄d etiā alibi legisti Esaiam qui dicit. Vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portauit. et nos reputamus ipsum quasi leprosū et quasi ꝑcussum a deo et hūiliatū Ipse aūt vulne rat⁹ ē ꝓpter iniquitates nostras vt nos a morte eterna liberaret. Sic etiam testatur propheta dicens In liuore eius sanati sum⁹.
¶ Iude⁹ dicit. Et cū captus fuerat a patribus nostris cur non aufugit ex manibus eoꝝ. ¶ Ad hec xp̄ianus. q̄r obediēs voluit esse patri suo vsq̄ʒ ad mortē. mortē aūt crucis. Et volūtarie vo luit offerri sicut ꝓpheta testat̄ Oblatus est q̄r ipse voluit. et non aperuit os suū. et sic ver⁹ deus et hō ex sua volūtate est ad cru cis patibulū suspēsus. Sʒ q̄ erat de⁹ et hō testatur ꝓpheta dicēs Generationē ei⁹ quis enarrabit Notū est si fuisset purus homo ꝓpheta sic nō dixisset. quis enarrabit. quasi diceret null⁹. ymmo generatio puri hoīs nō potest enarrari Attende similiter dictuz Sybille dicentis. Felix ille deus qui ligno pendet ab alto Sed q̄ debebat mori ꝑ peccatorib⁹ et nō ꝓpter scelus ꝓpriū testat̄ vox patris per ꝓphetā sic dicēs. Propter scel⁹ populi mei ꝑcussi eū et paulo post dispgā plurimos et fortiū diuidet spolia plurimos (id est oīes xp̄ianos qui in eū credūt Et fortiū) id est demonuz diuidet spolia quia demones sunt spoliati ꝑ mortē eius. cepit eīn aīas et liberauit eas. et diuidebat eas in choros angeloꝝ Etiam dicit Osias. de manu mortis liberabo eū Itē Zacharias sic inq̄t Ecce rex tuus venit tibi mansuetus et saluator ipse pauper et ascendens sup azinā Sʒ q̄ ipse paup erat hoc defleuit ꝓpheta dicens Vulpes foueas habent et volucres celi nidos fili⁹ autē hominis nō habet vbi caput suum reclinet Et hec omnia rex re gum propter peccata nostra passus est.
¶ Iudeus respondet vltimo Conuertat nos omnes deus et cō ducat nos per viam iusticie vt veritatem valeamus percipere ab eo qui est benedictus in secula seculorum Amen.

Impressum Liptzk per Cunradum Kacheloven
Anno domini M°. cccc°. Nonagesimoquinto.

85